

Σbc. 73.



14

DISSERTATIO PRIMA  
DE  
SERVIS VETERVM  
FATIDICIS

ACTOR. XVI. 16

---

P R A E S I D E

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORE PVBLICO ORDIN  
SOCIETATVM LATINAE IENENSIS DIRECTORE  
ROMANAE ARCADVM ET FLORENTINAE  
COLVMBARIAE SODALI

D. VII. MART. C1D1DCCLXI

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI  
SVBMISSA

A

IOANNE BENIAMIN KVRZMANNO  
ISENACENSI

---

I E N A E  
LITTERIS SCHILLIANIS

12

DISSERTATIO PRIMA

DE

SERVIS VETERVM

FATICIS

ACTORVM

AVTHOR

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

EPISCOPVS ET PRAEPOSITVS  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
UNIVERSITATIS ALTAE  
LITVAVAE

D. VII. MART. CXCIII.

PRINCEPS ELECTORVM DISCIPLINAE

AVTHOR

IOHANNES BENJAMIN KIRCHMANN

AVTHOR

PRINCEPS

LITVAVAE





COMMENTATIO PRIMA  
DE  
SERVIS VETERVM FATIDICIS  
ACTOR. XVI. 16

---

---



I  
VETVS fuit opinio, quae Aegyptum, Graeciam aliasque olim opplevit prouincias, deos non solum futuras rerum vicissitudines hominibus cognitae facere; sed etiam multis eorum vaticinandi facultatem largiri, inque mortalium pectora spiritum diuinum demittere, aut infundere quasi solere, cuius ope aliorum fata cognoscere, praesentire incertos rerum euentus, prospicere futura deque iisdem rectissime iudicare possent. Ad hanc communem fere, tam firmiter in animis hominum infixam, sententiam, quum accederet ipsa mentis nostrae indoles et ratio, sic comparata, vt innatum quasi instumque ipsi esse videatur, dubios ancipitesque casus rimandi, studium et naturalis quasi, istiusmodi rerum, quae casu fiunt et consequuntur, praecognoscendarum, cupiditas, nemini profecto mirum videri debet, si veterum ingenii monumenta contemplanti occurrere sibi tot antra viderit, tot speluncas, tot templa, tot aedes sacras, deo quodam aut spiritu fatidico olim nobilitatas: si modo Delphicum, modo Dodonaeum, modo Colophonium, modo Antiochenum, modo Serapidis, aut Amphiarai, aut Cereris, aut Veneris Paphiae, aut alius numinis oraculum in summo olim honore, et cateruatim quasi ab exterarum vndiquaque

A

que prouinciarum incolis frequentatum et consultum fuisse, legerit. Nolumus iam de ipsis veterum oraculis eorumque ratione fufius in praesenti commentari, cum quod ab aliis doctissimis vi-  
ris ea de re satis superque fuit disputatum; tum vero maxime, ne ab instituto nostro iusto longius aberrare angustosque scriptionis hu-  
ius limites transgredi, videamur. Qui plura vero de hoc argumento  
legere ac discere cupit, adeat viros doctissimos IANVM IACOB.  
BOISSARDVM, a) CASP. PEVCERVVM, b) IVL. CAESAREM BV-  
LENGERVVM, c) GEORGIVM MOEBIVM, d) PETRVM MVSSAR-  
DVM, e) ANTON. VAN DALE, f) DAN. CLASENVVM, g) IO. AN-  
TON. VENERIVM, h) BERNARDVM DE FONTENELLE, i) IO.  
POTTERVM, k) aliosque plures, a IO. ALB. FABRICIO l) et in ca-  
talogo bibliothecae illustrissimi comitis DE BÜNAV m) laudatos.

a) tractatu postumo de diuinatione et  
magicis praestigijs, qui Oppenheimii sine  
mentionem anni latine fol. et germanice  
Francofurti MDCLXIII. 4. prodit.

b) de praecipuis diuinationum generibus,  
Francofurti, MDLXXVII. 8.

c) libro de oraculis et varibus, rom. I.  
eius opusculorum, quae Lugduni MDLX  
CXXI. fol. prodierunt, et rom. VII. thes.  
ant. graec. GRONOVII, p. 297.

d) tractatu de oraculorum ethnico-  
rum origine, propagatione et duracione, Lip-  
siae MDCLXXXV. 4.

e) in historia deorum fatidicorum, Co-  
lon. MDCLXXXV. 4.

f) dissertationibus de oraculis ethnico-  
rum, Amstelod MDLCC. 4.

g) libris tribus de oraculis gentili-  
um et in specie de variciniis Sibyllinis, Helmstad.  
MDCLXXXIII. 4.

h) tract. de oraculis et diuinationibus  
antiquorum, Basil. MDCCXXVIII. 4.  
Legitur etiam rom. III. miscellaneorum  
GAUDENTII ROBERTI p. 569. et rom.  
VII. thes. ant. graec. GRONOVII, p. 325.

i) in histoire des oracles, Parisii  
MDCLXXXVIII. 12.

k) archaeol. lib. II. cap. II.

l) bibliograph. antiquar. cap. XII. p.  
605, ed. cel. SCHAFFSHAUSENII, et  
biblioth. graec. libr. I. cap. 17.

m) rom. II. p. 352. In oraculis ve-  
terum singulare genus constituerunt for-  
tes, quales Antiatinae, Praenestinae,  
Aporianae, Lyciae, Deliae, Falerinae  
aliaque fuerunt. Videantur IULIUS  
CAESAR BULENGERVS de sortibus, rom.  
V. thes. ant. rom. GRAEVII, p. 405.  
MARTINVS MAVRITIYS, de sortitione  
veterum, maxime Ebraeorum, Basil. MD  
LCLXXXII. 8. HENRICVS BENZE-  
LIVS diss. de sortibus veterum, rom. I.  
eius dissertationum, qua Francof. et Lip-  
siae MDCCXXXV. 4. prodierunt, p.  
39. CHRIST. GOTTL. SCHWARZIVS  
diss. de sortibus poeticis, Altorfi MDCCXII.  
4. IOANNES EENBERGIVS diss. de sor-  
titione, Vpsal. MDCCCV. 8. EZECH.  
SPANHEMIVS nor. ad Callimachi hymnum  
in Apollinem, v. 45. IOSEPHVS ROCCVS  
VVLPIVS ver. Lario profano, libr. III.  
cap. 5. rom. III. p. 28. et libr. XVI.  
cap. 6. rom. VIII. p. 108. sq. PHIL.  
A TYRRE monim. vet. Antit, part. I. cap.  
I. p. 12. sq. IOSEPHVS MARIA SVA-  
RESIVS libr. I. Praenestes antiquae, cap.  
14. p. 38. edit. Romanae, alique plures.

II  
 si ab oraculis discedimus, fuerunt quoque inter homines, qui singulari, futuros rerum eventus praeuicendi, facultate se instructos esse, olim gloriarentur, et quorum duplex fuisse videtur genus. Primum eorum fuit, qui futurarum rerum scientiam arte conciliasse sibi, alterum eorum, qui eandem munere caelesti ac diuino possidere se, aliis persuadere studuerunt. Duplex igitur illud diuinandi genus, alterum, quod arte comparatur, alterum quod singulari deorum dono hominibus quibusdam impertiri, creditum fuit, probe a se inuicem debet distingui, id quod et CICERO *n)* recte monuit, duoque diuinandi genera, alterum artis, alterum naturae, sic enim hoc adpellat, a se inuicem secernenda esse, contendit. Illi, qui primum diuinationis genus, quod artis fuit, profitebantur, itidem pro diuerso, futura rimandi et perscrutandi, modo in duas classes commode dispertiri possunt. Nonnulli commercium cum diis, daemonibus, geniis et mortuorum animabus quaesierunt, artibus occultis, quarum singularis olim fuit disciplina, *theurgia* dicta, *o)* in familiaritatem cum superioris, aut aliis spiritibus venire, aut manes ad colloquium euocare mortales posse, rati, firmiterque persuasi, institutis cum superum, aut spirituum, aut defunctorum aliquo sermonebus quaeuis arcanis, futuros hominum casus, et omnia, quae fortuita sint et casu fieri soleant, rite indagari et certa quadam ac firma ratione praecognosci posse. Nolumus iam de huius disciplinae occultae antiquitate disputare, quam IAMBlichVS *p)* tantam facit, ut ab antiquissimis temporibus origo eius repetenda esse, videatur; hoc tamen negari minime potest, antiquorum philosophorum haud paucos in hoc daemoneum cum hominibus commercio verum τῆς μαγικῆς praesidium inuenisse, sibi visos esse: reperiri iam inter chaldaeos, *q)* a Zoroastre quodam in artibus magicis institutis,

A 2

*n)* libr. I. de nat. deor. cap. 6. et cap. 18.

*o)* Θεουργία, hoc est τῶν θεῶν ἔργον τῆς θεῶν, ut IAMBlichVS habet de mysteriis sect. I. cap. 9. Dicitur quoque ab antiquis scriptoribus θεουργία, ἰερουργία, μυσουργία, ἱερουργία, θεοτρολία, θεοτρολία, ἱερουργία, aliisque nominibus. Vide 10.

ERN. FLOERKIVM comm. de crimine coniurac. spirituum p. 154. sq. AVGVSTINVS artem hanc ex PORPHYRII mente vocat conciliatricem angelorum deorumque, libr. x. de ciuit. dei, cap. 9.

*p)* libro de mysteriis, Oxonii, cura THOM. GALE, MDCLXXVIII. fol.

*q)* patet hoc ex oraculis chaldaicis, a GEMIST.

tos, r) inter Persas s) Aegyptiosque t) haud obscura theurgiae vestigia: ab his migrasse hanc disciplinam in Graeciam: magnum eius eumque sine dubio primum ibi amatorem fuisse Pythagoram Samium: u) post huius tempora a Platoniceis philosophis artem hanc strenue exultam; x) deinde vero, seculo inprimis tertio, quarto usque ad septimum in summo pretio a multis philosophis habitam fuisse, Potamonis et Ammonii Alexandrini, eclecticae horum temporum philosophiae auctorum, auspiciis: y) disciplinae huic occultae operam ea aetate dedisse Iamblichum Chalcidensem, eiusque discipulum Iulianum apostatam, tum Proclum, Libanium Aedesium, Eunapium, Hieroclem, Simplicium aliosque plures: z) neque postea, immo adeo recentiore aetate, eius generis *εὐθεσιαστών* insignes patronos atque fautores defuisse. Vt dictis fides sit, addimus nonnulla veterum scriptorum de hoc vaticinandi genere effata. Inprimis hic instar omnium esse potest IAMBlichVS, qui suo *de mysteriis* libro totum hoc veteris eclecticae philosophiae de deorum cum hominibus commercio caput fuisse pertractavit, et, qua

GEMIST. PLETHONE et PSELLO scholiis illustratis et a FRANC. PATRICIO auctius editis. Adde ccl. BRVCKERI *bist. crit. philos. rom.* I. p. 137. 138.

r) vide PLINIVM *libr. xxx. cap. I.* coll. THOM. STANLEIO *bist. philos. orient. libr. I. sect. 2. cap. 24.* IO. ALB. FABRICIO *biblioth. graec. libr. I. cap. 36. §. 4. p. 245.* et IO. ERN. FLOERCKIO *comm. de crimine coniurar. spirituum*, cap. VI. §. 6. p. 100.

s) vide DIOPENEM LAERTIVM *proem. p. 27.*

t) patet id ex IAMBlichI *de mysteriis libro*, inprimis *sect. VIII. cap. 4.* Etsi enim Iamblichum in hoc scripto multa ex chaldaeorum graecorumque philosophorum placitis, tum inprimis ex Porphyrii de abstinentia libris, congestisse, haud infirmandum est, non defunt tamen haud obscura in ipso libro vestigia, unde multa ex Aegyptiorum de diis philosophandi ratione admiscuisse dictum auctorem, non sine magna veri specie

probari potest, inprimis si cum iisdem EVSEBIVS *de praeparatione evangelica* et ORIGENIS *contra Celsum* libri conferantur.

u) utpote qui theurgiam in Aegypto didicit. Vide IAMBlichI *vitam Pythagorae* et quae ex PORPHYRIO, STRABONE aliisque ea de re docte committuntur IO. ERN. FLOERCKIVS *libro laudato*, p. 110. Adde IO. FRANC. BVDDEI *diff. de peregrinatione Pythagorae*, §. XVIII. p. 241.

x) lege FLOERCKIVM *libro excitato*, p. 115.

y) conf. ccl. IAC. BRVCKERVS *bist. crit. philos. rom.* II. p. 442. sq.

z) vide AVGVSTINVM *libr. x. de civitate dei*, cap. 9. 10. 26. 27. Ex recentioribus nemo curatius et maiore diligentia historiam theurgiae veteris persequutus est, quam aliquoties a nobis laudatus vir illustris IO. ERNESTVS FLOERCKIVS *doctissima commentatione de crimine coniurationis spirituum*, Ienae, MDCCCXXI. 4.



quã ratione quis in familiaritatem cum diis, cum spiritibus et daemionibus bonis venire atque ex eorum consuetudine futurarum rerum cognitionem acquirere sibi debeat, data opera demonstravit. Iamblichus merito adiungendus est MICHAEL PSELLVS, scriptor eximius, quem ZONARAS πάνσοφον et φιλοσόφων υπέγριμον appellauit. Is dialogum περί ενεργείας δαιμόνων, de operatione daemonum scripsit inque hoc multa, ad hoc argumentum spectantia, adtulit. Quae fuscè hoc loco vt percenseamus, etsi instituti ratio haud videtur permittere; non possumus tamen, quin testimonii tantummodo causã quaedam ex eo adferamus. Sic a) Timotheo, Tractem, an videndos se daemones exhibeant, interroganti, is, προς τὸτο, respondet, πᾶσιν αὐτοῖς σπῆδὴ συντείνει, καὶ ἐντεύξις, καὶ θυσία, καὶ τελετή, καὶ πᾶν ἀπόρητον τῆς αὐτοφανεῖας ταύτης ἐνεκα παρ' αὐτοῖς τελεῖται, eo illorum omnium, loquitur de malefico theurgorum genere, de eucharitis, studium, conciliabulum, sacrificium cultusque diuinus tendit nihilque non spurcitiae ab ipsis perpetratur, quo huiusmodi praesentiae daemonum compotes euadant. In sequentibus postquam multa de daemonum, qui ad definitum locum euocari se patiuntur, natura diuersa acute subtiliterque disputauerat, καὶ τὸτο inquit, b) εἰδότες, loquitur de eius generis theurgis et incantatoribus, ἢ ταῖς ἀντιπαθείαις ἐντροπιάζοντες, ἢ ταῖς συμπαθείαις μειλίττοντες, huius rei non ignari vel antipatheticis remediis eos propulsant, vel sympatheticis alliciunt. Quae ea de re ex Mercurii Asclepio AVGVSTINVS c) refert, spiritus inuisibiles per artem, id est per theurgiam illam, visibiles reddi, eosdemque specie quadam adparere, vt desiderii hominum satisfacerent, silentio transmitto, itemque ea, quae IULIANVS d) de aduentu deorum habet, quem occulta illa arte procurari posse, communis fere omnium antiqui aevi theurgorum fuit persuasio. Inprimis luculentum huius rei testimonium habetur apud PHILOSTRATVM, e) apud quem Appollonius Tyanensis ex Pythagorae disciplina hanc cum superis colloquendi artem hausisse se, profitetur. Σοφία ἴδε, inquit, ἐμοὶ πυθαγόρῳ, Σαμίῃ ἀνδρὸς, ὃς θεοῦς θεραπέυειν, ᾧδε με ἐδίδαξάτο καὶ ζωνιέναι σφῶν

A 3

a) p. 43. edit. Kiloniensis, quae post PASTINAM GILBERTI GAULMINII e musco DAN. HASENMYLLERI CIODIC LXXXVIII. 12. prodit.

b) p. 142.

c) libr. VIII. de ciuit. dei, cap. 23.

d) orat. VII. ad Heraclium, p. 216.

e) libr. I. cap. 32. p. 40. edit. OLE-

ARII.

σφῶν θεωμένων, Φοιτᾶν τε ἐς διδάξιν θεῶν, ego enim Pythagorae Sā-  
mii disciplinam amplector, qui me docuit, deos hoc modo colere, eos-  
que, siue videndos sese praebeant; siue minus, mente complecti et cum  
iis commercia frequentare. Quae Apollonius in hoc effato de  
Pythagorae disciplina profiterur, egregie illustrantur AMMIANI  
MARCELLINI f) verbis, ex quibus et alios hanc cum spiritibus et  
geniis familiaritatem de se commentos esse, satis superque patet.  
Sed familiares genios, inquit, cum iisdem versatos, quorum admini-  
culis freti praecipuis, Pythagoras enituisse, dicitur et Socrates Numā-  
que Pompilius et superior Scipio et, ut quidam existimant, Marius  
et Octavianus. Idem ex hoc APVLEII g) testimonio patet: sin ve-  
ro more vulgari eum isti proprie magum existimant, qui communione  
loquendi cum diis immortalibus ad omnia, quae velit, incredibili qua-  
dam vi cantaminum polleat, oppido miror, cur adcsare non timue-  
rint, quem posse tantum, fatentur. Idem APVLEIUS h) nos docet,  
qui sint in superum coetu, cum quibus commercium theurgiae  
cultores inire soleant: ceterum sunt quaedam diuinae mediae potesta-  
tes, inter summum aethera et infimas terras, in isto interstitio aeris  
spatio, per quas et desideria nostra et merita ad deos committunt. Hos  
graeco nomine δαιμόνας nuncupant, inter terricolas caelicolasque ve-  
ctores - - per hos cuncta denuntiata et magorum, qui theurgiae ope-  
ram dabant, varia miracula omnesque praesagiorum species reguntur.  
Eosdem describit MAXIMVS TYRIVS, i) esse hos daemones de-  
orum ministros, hominum praesides, diis proximos, hominum  
curatores diligentissimos, hos esse, qui mortalibus sese offerant,  
cum iisdem colloquantur, et quidquid hi scire velint, nuntiare,  
quid fieri, praestare soleant. k) Cum his merito comparanda  
sunt, quae ex PORPHYRIO de hac deorum cum mortalibus fami-  
liaritate deque sacrificiis et ritibus, quibus euocari e sedibus suis  
superi, immo adeo ad colloquia cum hominibus instituenda cogi  
quodammodo et inuiti adeo diu detineri et fero admodum di-  
mitti, queant, EYSEBIUS l) memoriae prodidit. Merito quoque  
huc

f) libr. XXI. cap. 14.

g) apolog. p. 291. edit. ELMENHORST.

h) de deo Socratis, p. 45.

i) diff. xxvi.

k) qui theurgorum veterum de dae-  
monibus placita scire cupit, legat POR-  
PHYRIUM de abstinentia libr. II. p. 276.

IAMBELICHVM de mysteriis sect. II. cap.

I. PROCLVM libr. v. in Timaeum p. 308.

HIEROGLVM in Pythagorae aut. carm. p.  
40. ex recentioribus GAULMINIVM nor-  
ad Pfellum, p. 138. sq.

l) libr. v. cap. 8. et 9. p. 195. sq.

huc referenda sunt, quae apud PLVTARCHVM ea de re memoriae mandata legimus. Is postquam eorum sententiam, qui *μαντείας* auctores deos faciant, refutauit, m) omne id, quicquid per vates cognoscamus, geniorum virtuti mortaliumque cum iisdem arcanae familiaritati adscribere videtur, addito, vt dictis fidem faciat, hominis cuiusdam exemplo, qui geniorum ope futura se praedicere, fassus sit. Sic vero ille: n) ἡ μὲν δὲ ἄλλη μάθησις καὶ ἰσογία συνῆν αὐτῷ τὸν πάντα χρόνον. εἰς δὲ μαντικὴν ἐνεπέετο μίαν ἡμέραν ἕτας ἑκάστη, καὶ προσέθεσις κατιῶν ἐπὶ θαλάτταν, ἐπεφοίτων δὲ καὶ δυνάστη καὶ γραμματεῖς βασιλέων, εἰτ' ἀπήσσαν, ἐκείνος δὲ τὴν μαντικὴν ἀνῆγεν εἰς δαίμονας, is, quum totum tempus in cognitione ac consideratione rerum consumeret, vno die quotannis afflatu ad vaticinandum agebatur et ad mare se conferens, futura praedicebat, accedebant autem eo et principes et regum scribae, eoque audito discedebant. Hic ergo diuinationem genis acceptam ferebat. Rationem deinde, qua genii hominibus patefacere futura queant, ostensurus, o) nihil igitur, ait, est causae, cur absurdum aut mirum videri debeat, si animi in animos incidentes futuri imaginationem aliquam ingenerant. Sicut et nos inuicem non omnia voce, sed et litteris et tactu et intuitu significamus multa praeterita, et futura praemonstramus. Disputat deinde multa de insita animae humanae diuinandi facultate, quam proferre sese minus posse putat, πρὸς τὸ θνητὸν ἀνάμιξιν αὐτῆς καὶ σύγχυσις, ob permutationem et confusionem cum natura mortali, aliam autem contra rationem arbitratur esse animarum, a corpore separatarum. Quod vero ad mortuorum euocationes attinet, ii, qui hanc occultam artem scire se et exercere, aut, vt TACITVS p) ait, *infernas umbras carmine elicere posse*, profitebantur, singulare in his vatibus genus constituerunt. Dicebantur, vt ex MAXIMO TYRIO q) patet, *ψυχαστοί*, aut, vt STRABO r) refert, *νεκρομαντεῖς*, ipsa euocatio manium, *ψυχαστορία*, *νεκρομαντεία*, *νεκρομαντεία*, aut, teste IUSTINO MARTYRE, s) *ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσις*, et arcana illa eiusmodi vatium disciplina, auctore SVIDA, t) *γοντεία*, ἀπὸ τῶν γόνων, a lamentis et eiulatibus, quos circa defunctorum sepulcra audiri,

m) de oraculorum defectu, tom. II. operum, p. 418. sq.

n) *ibid.* p. 421.

o) libro memorato, p. 431. coll. p. 436.

p) *libr.* II. *annal.* cap. 28.

q) *diff.* XXII.

r) *libr.* XVI. p. 762.

s) *apolog.* II.

t) *lexic. voc. γοντεία*, tom. I. p. 490. edit.

audiri, creditum fuit. u) Horum *ψυχαγωγῶν* saepius mentio fit apud veteres auctores, ex quibus adduxisse in praesenti sufficiat testimonia TERTULLIANI, x) alterum: porro, si magi phantasmata edunt et iam defunctorum infamant y) animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa miracula circulatoriis praestigiis ludunt: alterum z) publica iam litteratura est, quae animas iusta aetate sopitas etiam proha morte disiunctas et pronta humatione disunctas euocaturam se ab inferorum incolatu pollicetur: tertium: a) in illa alia specie magiae, quae iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur et conspectui exhibere non alia fallaciae vis est, et APVLEII: b) saga et diuina potens caelum deponere - manes sublimare, cet. inprimis vero imperatoris CONSTANTII, c) qui singulari lege has manium euocationes feuere et addita grauissima poena interdixit. Multi, verba legis sunt, magicis artibus ausi elementa turbare, vitas infantium labefactare, non dubitant et manibus accitis audent ventillare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. Huius *ψυχαγωγίας* permulta exempla in poetis reperiuntur, inprimis apud VIRGILIUM, d) HORATIVUM, e) LVCANVM, f) PRUDENTIUM, g) alios.

u) alii inter theurgiam, goëtiā et *ψυχαγωγίαν* hoc esse discrimen statuunt, ut ad commercium cum bonis spiritibus, theurgia, cum malis goëtia, cum defunctorum animabus *ψυχαγωγία* referenda sit. Vide HENR. CORNELIUM AGRI-PAM *de vanitate scientiarum*, cap. XXXV. BOISSARDVM *de diuinat.* cap. III. p. 38. MARTINVM DELRIONEM *disquisit. magicis*, libr. III. cap. 2. *quaest. 6. sect. 2.* p. 162. sq. FERERIVM *de magia* libr. I. cap. II. p. 82. GEORGIVM PICTORIVM *VIGILANVM epitome goët. insert. tom. I. operum* AGRI-PAE p. 473.

x) *apolog.* cap. XXIII. p. 223. ed. HAVERCAMPI.

y) alii nominatim IACOBVS GOTHOFREDVS, *not. ad cod. Theod. libr. VIII. tit. 16. rom. III.* p. 132. legunt *inclamant*, sed alteram lectionem non sine veri specie defendit SIGEB. HAVERCAMPVS *not. ad Terrull. apolog.* p. 223.

z) *de anima* cap. LVII.

a) *loco memorato.*

b) *libr. I. metam.* p. 106. ed. ELMENHORSTII. Lege de loquendi formula *manes sublimare*, IACOB. GOTHOFREDVM *loco excitato*, p. 132.

c) *libr. VIII. codicis Theodos. tit. 16. leg. 5. rom. III.* p. 130. ed. RITTERI. Egrege hanc legem illustrauit IACOBVS GOTHOFREDVS *ibid.*

d) vide inprimis eius *eclogam octauam*, *coll. libr. VI. Aen. V. 706. libr. VII. V. 89. libr. X. v. 641.*

e) *epod. od. XVII.*

f) *libr. VI. v. 762. 822. sq.*

g) *libr. I. contra Symmachum*, v. 89. sq. *coll. v. 424.* De his *ψυχαγωγίαις* lege IOACH. KÜHNIVM *not. ad Pausaniam*, p. 52. IO. ALB. FABRICIVM *bibliograph. antiquar.* p. 603. clar. IO. FRID. LEISNERVM *not. ad LAMB. BOSII ant. graec.* p. 70. aliosque scriptores, qui de diuinationum

aliosque, quibus illa TIBULLI: b)

*haec cantu finditque solum manesque sepulcris  
elicit et tepido deuocat ossa rogo,*

et quae in vetusto epigrammate 2) de mago quodam, vt videtur, Persa, Pompeii manes euocatur, habentur:

*magico carmine rupit bumum,  
ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis.*

*Prob, pudor! hoc sacrum magnus vt aspiceret,  
Stulte, quid infernis Pompeium quaeris in umbris?  
non potuit terris spiritus ille premi.*

De ipsis modis et artibus, quibus veteres vsi dicuntur ad euocandos manes, consulto tacemus.

## III

Diximus supra, diuinationis duplex fuisse genus, alterum artis fuisse opus, alterum in diuinis donis et muneribus, quae mortalibus nonnunquam impertiri soleant, locum apud veteres habuisse. Prioris generis vatum, siue eorum, qui arte singulari futura praecognoscere voluerunt, duas fecimus classes, quarum altera modo commercio cum diis et spiritibus, modo euocatione manium rerum futurarum cognitionem comparare sibi studuit, altera eandem quaesiuit sibi conciliare ex signis quibusdam rerum externis sibiue persuasit, iisdem praesignificari mortalibus futura fata, latere in ipsis rerum auspiciis, in portentis, aliisque naturae operibus rerum futurarum signa quaedam arcana, vnde diuinare et augurari queat homo obscuros rerum casus dubiasque vitae vicissitudines: ad haec signa interpretanda magna opus esse arte, magna scientia, longo rerum vsu et haud vulgari experientia. Qui hoc diuinandi genus apud veteres exercuerunt, multiplicis fuerunt generis, cum pro diuerso, ex signis his vaticinandi, modo, tum pro ipsarum rerum, ex quibus augurium peti solebat, diuersitate.

Nimis

tionum apud veteres generibus sunt commentati, supra a nobis laudatos.

b) libr. 1. el. 2. v. 45. Vide, quae ad hunc locum illustrandum de manium

euocatione erudite commentatus est 1A.

NVS BROVKHVSIVS.

2) *antbol. ver. lat. epigr. libr. 1. n. 36.*  
p. 203. edit. BURMANNI.

B

Nimis longum foret, omnia illa olim vſitata, ex certis ſignis diuinandi, genera hoc loco perſenſere, maxime quod hoc labore alii data opera neque infeliciter perfuncti ſunt, ex quibus auctorem gallum, *k*) qui nomen ſuum latere voluit, CASP. PEVCERVM *l*) EBERH. FEITHIVM, *m*) MARTINVM DELRIONEM, *n*) IVLIVM CAES. BVLENGERV M, *o*) IO. IACOB. BOISSARDVM *p*) BVRC. GOTTH. STRVVIVM, *q*) et IO. ALB. FABRICIVM *r*) iis, qui plura ea de re legere volunt, commendamus. Hos qui ſedulo inter ſe comparabit, veterem ſuperſtitionem eo videbit proceſſiſſe, vt ex quibuslibet fere rebus, nominatim ex aëre, eiusque *Φαινομένων*, ex nubibus, fulminibus, fulguribus, cometis, porro ex aqua et pluuiâ, ex igne et fumo, ex herbis, plantis, arborum foliis, item ex animalibus, inprimis ex hoſtiis et victimis earumque extis, ex auium volatu et cantu, ex gallis, apibus, piſcibus, equis, muribus, canum ululatu, ex hominum manibus, corporis maculis, unguibus, pedum plantis, ex mortuorum craniis et ex ſexcentis aliis rebus ſigna rerum futurarum petita, atque ex iisdem ridicula fere ratione conatum euentus, laborum ſucceſſus, mortaliumque fata diiudicata olim fuerint. Horum aliorumque diuinandi generum aliud alio nobilius et maioris auctoritatis apud veteres fuit. Principem vero in iisdem locum obtinuiſſe illud videtur, quod in ſcrutandis victimarum extis, ſiue in aruſpicina, *s*) quam *οἰωνοσκοπία* graeci dicunt, tum in auium cantu et volatu et interpretandis prodigiis portentisque, ſiue in diſciplina augurali, a graecis generatim *ἰεροσκοπία* dicta, poſitum fuit. Legantur de auguriis veterum romanorum ſcriptores, nominatim AVGVSTINVS

NIPHVS,

*k*) in remarques ou reflexions critiques morales et hiſtoriques ſur les plus belles et les plus agreables penſees, Pariſ. c1706CLXXX. et Amſtelod. c1710 CLXXXII. 12.

*l*) de præcipuis diuinationum generibus, Francof. c1710 CVIII. 8.

*m*) ant. Homericiſ libr. 1. cap. 16. p. 126. ed. cl. STOEBERI.

*n*) diſquiſitionibus magicis, libr. III. cap. 2.

*o*) libris de auguriis et auſpicis, de oraculis, votibus et de ſortibus, in eius opusculis Lugd. c1710 CXXI. editis.

*p*) libro ſupra laudato.

*q*) ſyntax. ant. rom. cap. vi. p. 252. ſq. *r*) bibliograph. antiquar. cap. XII. p. 592. ſq. vbi plures de hoc argumento ſcriptores laudantur.

*s*) multi primam eius originem apud Chaldaeos inueniſſe ſibi videntur. Digna ſunt, quae ea de re diſputat IO. FRANCO. BYDDEVS hiſt. eccleſ. vet. reſt. period. 11. ſect. 1. p. 620.

NIPHVS, f) IVLIVS CAES. BVLNGERVVS, u) IO. BAPT. BEL-  
LVS, x) ANDR. CHRIST. ESCHENBACHIVS y) alique.

## III.

VIDIMVS iam, primum illud vaticinantium genus, quod di-  
uinationem in singulari arte posuit, vel ex simulata cum diis, spi-  
ricibus; aut defunctorum manibus familiaritate, vel ex rerum qui-  
busdam signis, futura praedicere voluisse. Sequitur iam alterum,  
quod non arte; sed diuino quasi munere donoque caelesti vel per  
somnia de rebus futuris admoneri se; vel singulari, futuros casus  
praeuidendi, facultate, siue τῆ ἐν θεῶν καταπεμπομένη τῆς (τῷ μέλ-  
λοντος) προγνώσεως ὁσοι z) a diis misso diuinationis dono praedi-  
tum se esse, gloriabatur, afflatu nempe diuino, aut ope et auxilio  
spiritus cuiusdam fatidici, a quo obsessum se esse, vel sibi persua-  
debat, vel aliis saltem persuadere, conabatur. Istud vatum genus  
futura praenuntiare, ait *scholiastes* ARISTOPHANIS a) διὰ τῷ ἐνοπάσ-  
χοντος αὐτῷ δαίμονος, per daemone[m] quemdam, qui in ipsis esset, qui  
ex iisdem loqueretur, et sciscitantes de futuris rebus instrueret. b)  
De hoc ἐνθεσιασμῶ aut μαντικῆ τῶν θεῶν δύναμις, quemadmodum  
veteres loquuntur, quamque DIO CASSIVS c) alique θεομαντείας  
vocant, plenus est IAMBlicHI de mysteriis liber, quem eclecticae  
Potamonis et Ammonii philosophiae placitis adcommodauit. Ad-  
firmat is, saepe homines eiusmodi ἐνθεσιασμῶ fieri participes, esse  
eius diuersa signa, fieri istum solo dei arbitrio, positumque esse in  
singulari quadam deorum in animas nostras operatione, vt furibundi  
instar homo non ex se, sed ex homine deus aliquis loqueretur:  
huius ope praesentire, videre et eloqui hominem vltra humanas  
intelligendi vires positos futuros eosque fortuitos mortalium casus

B 2

multa-

f) *libris II. de auguriis*, Basil. C1919  
XXXIII. 8. et rom. v. thes. ant. rom.  
GRAEVII, p. 324.

u) *libro laudato de auguriis et auspi-  
citiis*, recuso in eodem dicti thesauri to-  
mo, p. 407.

x) *de parvibus templi auguralis* p. 543.  
eiusdem romi antiqu. rom. thesaur.

y) *diff. de auguriis veterum* in eius  
*diff. acad.* p. 551. 1q.

z) verba sunt IAMBlicHI de myste-  
riis, *secr. III. cap. 1. p. 58.*

a) *Vespiis*, v. 1014.

b) Eo spectat locus DIONIS CASSII:  
ἐθέλατο, εἴτ' ἂν παρὰ δαίμονος τινός μιν δὲν,  
ἢτε κατὰ νόμον, praedixerat, siue fuerit  
numine quodam afflatus, siue casu quodam,  
*fragm. Peiresciani LVIII. p. 27. ed. cel.*

REIMARI.

c) *libr. LXII. cap. 18.*

multaque alia, quae sine eiusmodi Θεοφωγία adsequi, nulli mortali-  
 lium liceret. *d*) De hoc vaticinandi genere loquitur IULIUS FIR-  
 MICVS : *e*) faciet eum adfida cuiusdam daemonis interpellatione pulsa-  
 ri, faciet etiam in templis manere sordide, et sic semper incedere, et  
 qui nunquam tondeat comam et qui aliquid velit, quasi a diis dictum,  
 hominibus nunciare, quales solent esse in templis, qui vaticinari con-  
 suenerunt; inprimis vero SEXTVS EMPIRICVS *f*) cuius verba di-  
 gna sunt, quae hic legantur: εἰ μὴ εἰσι θεοί, εἰδὲ μαντικὴ ὑπερχει,  
 ἐπιστήμη ἔσα θεωρητικὴ καὶ ἐξηγητικὴ τῶν ὑπὸ θεῶν ἀνθρώποις διδομέ-  
 νων σημείων, εἰδὲ μὴν θεοληπτικὴ καὶ ἀσεμαντικὴ ἔ λογικὴ, *g*) εἴ  
 ἢ δι' ὀνείρων πρόρρησις, si non sunt dii, nec est diuination, quae est sci-  
 entia contemplans et interpretans signa, quae a diis dantur homini-  
 bus; sed nec quae ex diuino fit afflatus; nec quae ex astris; nec quae ex  
 inspectione extorum; nec quae per oracula; nec quae per somnia fit prae-  
 dictio. Si verba haec attento expenduntur animo, facile, credo,  
 adparebit, duplex illud diuinationis genus, artis alterum, alte-  
 rum, quod munere diuino fit, quodue naturale adpellat CICERO, *h*)  
 Sextum Empiricum, diuersa diuinationum genera commemoratu-  
 rum, fundamenti loco ponere; nulla tamen inter ipsa diuinandi  
 genera ordinis habita ratione. Primum enim genus diuinationis  
 nominat, idque μαντικὴν dicit, huicque adiungit varias eius spe-  
 cies, eas nempe, in quibus arte aliqua opus est, et quo diuina-  
 tionem ex certis signis, nominatim ex astris refert, tum alterum genus,  
 quod diuino dono ac munere mortalibus contingit, et cuius duas  
 facit species, alteram nempe τὴν θεοληπτικὴν, alteram τὴν δι' ὀνεί-  
 ρων πρόρρησιν. Ac τὴν θεοληπτικὴν vbi spectamus, hoc idem profe-  
 cto diuinationis genus est, de quo hoc loco nobis est sermo,  
 quodue IAMBlichVS *i*) ἐνθυσιασμόν, IOSEPHVS, ineditus scriptor  
 christianus apud THOM. GALE *k*) et IO. ALB. FABRICIVM *l*) τὴν  
 καθ' ἐνθυσίασιν μαντείαν, alii aliis nominibus, vt paulo post vi-  
 debimus, adpellarunt. Consentit APULEIVS *m*) inque diuersis va-  
 tician-

*d*) vide inprimis eius libri sectionem III. cap. 4. §. sq. p. 64. ed. THOM. GALE.  
*e*) libr. III. cap. 7.  
*f*) libr. VIII. adu. physicos, cap. CXXIII. p. 581. ed. FABRICII.  
*g*) lectionem hanc, codicum suffragio satis munitam, sequitur FABRICIVS.

Alii Σωκρῆς, alii aliter legunt. Vide FABRICIVM not. ad hunc locum.  
*h*) libr. 1. de diuinat. cap. 6.  
*i*) de mysteriis sect. III. cap. 4.  
*k*) notis ad Iamblichum p. 215.  
*l*) not. ad SEXTVM EMPIRICVM p. 581.  
*m*) de deo Socratis p. 45.



icinandi generibus diferte vatum inspirationem ponit: eorum de numero praediti curant singula, proinde ut est eorum cuique tributa provincia, vel somniis conformandis, vel extis fifficulandis, vel praepetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis ceterisque adeo, per quae futura dignoscimus. n)

## V.

FVISSE apud veteres, qui futura sibi a diis, daemonibus, spiritibus, ἀμύσως et per ἐνθουσιασμόν pateferi, de se gloriati sint, fatis vidimus. Addimus nonnulla de eorum nominibus apud graecos et romanos, quo factō, de diuersis eorum generibus quaedam in medium adferemus. A graecis saepe generis nomen istis tribuitur iidemque μάντιες, μαντεύοντες, propria vero adpellatione ἔνθεοι, θεόληπτοι, θεοφόροι, θεοφόρητοι, θεοφορήμενοι, θεοκράτοχοι, ἐνθεασιακοί, ἐνθεασιαστικοί, ἐνθεασιαῖνες, ἐνθεασιασάο) πύθωνες, θειάζοντες, p) πύθαμαντες, οἱ πνεῦμα πύθωνος ἔχοντες, κάτοχοι, κἀτεχόμενοι, Φοιβάδες, βάρχοι, φρενομανείς vocari solent. q) Nomina haec si curatius considerantur, ad vnum omnia fere deum aliquem, aut spiritum diuinum designare, adparebit, quo plenos se esse vates illi, iactarunt, et cuius ope futura praeuidere ac praedicere se posse, aliis persuadere conati sunt. Latini scriptores eos fanaticos dicunt; aut, si vera est lectio APVLEII, veratores, veratrices, vates deo repletos, itemque, nec infrequenter, vates Pythios, nomine ex graeco πύθων, vt videtur, formato. VOPISCVS r) de huius generis vate loqui videtur, quem fanaticum adpellat. Fanaticus, inquit, quidam in templo Siluani tensis membris exclamauit: tacita purpura, tacita purpura. Vtrum autem APVLEIVS s) huius fatidici generis feminam veratricem nuncupauerit, an potius veteratricem eandem dixerit, non satis expeditum esse videtur. Lectionem, quam primo loco posuimus, defendit doctissimus HESSELIUS t) auctoritate

B 3

potissi-

n) plura de hoc diuinationis genere, quod per ἐνθουσιασμόν fit, habet MERICVS CASAVBONVS de enthufasmo, cap. II. quo de enthufasmo diuinatorio exponitur.

o) vide PSELLVM dial. de operat. daem. p. 5. ed. Kilon.

p) vide DIONEM CASSIVM libr.

xxxviii. cap. 48. libr. xxxxi. cap. 14. q) vid. IAC. GOTHOFREDVM not. ad cod. Theodof. tom. III. p. 129. ed. RITTERI, SPANHEMVM not. ad CALLIMACHVM p. 382.

r) vie. Floriani cop. IIII. p. 616.

s) libr. VIII. metam. p. 230.

t) not. ad ENNII fragm. p. 103.

potissimum ENNII, apud quem obsoletum verbum *vero*, *verare*, graecorum ἀληθεύειν, legitur: u)

- - - *satini vates verant aetate in agunda*

vnde vocabulum *verator*, *veratrix*, ortum esse suspicatus HESSELIUS, a *vero*, inquit, *antiquo verbo et obsoleto*. Hinc apud APVLEIVM *veratrices mulieres dicuntur, quae, se vera praedicturas, pollicentur*. Consentit non solum IANVS DOVSA, x) qui verba TIBVLLI y)

- - - *vt mihi verax*

*pollicita est magico saga, miniserio,*

illustraturus, *notandum*, inquit, *epitbetum sagae verax, quo alluisse puto eum, poetam, ad id, quod haec mulieres, vt APVLEIVS loquitur, veratrices dicerentur; sed etiam PETRVS COLVIVS z) itemque, quoad ipsum prisca huius vocabuli usum reputamus, CLAVD. SALMASIVS, a) qui IVLII CAPITOLINI b) verbis: vates caelestis, quae deo repleta solebat vera canere, haec addit: inde veratores dicti, qui vera canerent, vates nimirum, et barioli, ceterique diuini. Hinc veratura in antiquis Burgundiorum legibus pro diuinatione, quam edunt barioli cet. adeo vt, APVLEIVM veratricis vocabulo usum esse, iis haud penitus improbabile videri possit, qui scriptorem hunc eius generis obsoletas voces admodum in deliciis habuisse, reputant. Alii tamen pro veratricem scribere malunt veteratricem, quam veram lectionem esse, ait IANVS BROVHVSIUS, c) cuius sententiae EVERHARDVS quoque ELMENHORSTIVS d) fuisse videtur. Res vtut sit, quos APVLEIVS veratores vel veteratores dixit, hos alii modo vates deo repletos, vt paulo supra ex IVLIO CAPITOLINO vidimus, modo vates Pythios, nuncupare solent. Nolumus iam ipsa veterum scriptorum effata, in quibus vates Pythii; aut, si graece scripserunt, πύθωνες, πύθωνες*

u) in fragm. libri XIII. anal. p. 103: ed. HESSELI.

x) nor. ad Tibull. p. 201. et 558. ed. GRAEVII.

y) libr. I. eleg. 2. v. 43.

z) nor. in Apuleium, p. 127. ed. Antwerp.

a) notis ad scriptores hist. aug. tom. I. p. 749.

b) vira Macrini, cap. III.

c) nor. ad TIBVLLVM libr. I. el. 2. v. 41.

d) indic. in Apul. voc. veterator, veteratrix. Adde SCALIGERVM nor. in Ciceron. p. 75.

μα πύθωνος ἔχοντες commemorantur, operose hic colligere; aut de IUVENALIS loco insigni: e)

Spartano cuidam respondit Pythia vates

fuse commentari; res ipsa tamen postulare videtur, ut ipsam nominis huius rationem explicemus, ac, quare vates illi *Pythii*, vel, ut apud LVCAM f) est, τὸ πνεῦμα πύθωνος ἔχοντες dicti sint, breuiter ostendamus.

## VI

TINGVNT veteres monstrum horrendum, quod ab HYGINO g) aliisque fabularum scriptoribus *draco*, ab APOLLONIO, b) APOLLÓDORO, i) DIONYSIO k) et *scholiaste* CALLIMACHI l) δελφίνος, m) αἰὼς ἔφης, *serpens magnus, serpens terribilis*, a poetis latinis o) saepe ἀπλῶς *serpens* dicitur. Addunt, serpentem hunc, terrae filium p) fuisse et πύθωνος, *Pythonis* nomen habuisse: q) fuisse, ut HYGINVS r) ait, *draconem diuinum*, id est, ut HESYCHIUS s) indicare videtur, δαμνόνιον μαρτυρόν, praeditum nempe cum fuisse vi vaticinandi, seu potius oraculo cuidam, quod sciscitantibus futura praedixerit, praefuisse. De monstro hoc tria potissimum sunt, quae in prisca fabulis memoriae mandata legimus, alterum, *Pythonis* nomen habuisse: alterum, praefuisse oraculo cuidam in monte Parnasso: tertium, Apollinem, *Pythone* hoc interemto, oraculo hoc potitum esse et successisse, velut alterum praefidem, in locum interemti Pythonis. De ipso nomine *Pythonis* eiusque origine admodum dissentiunt scriptores, aliis a graeco πύθωνος, aut a πύθω, *putresco*, aliis a vocabulo פיתא quo chaldaei et syri serpen-

e) *Sar.* XIII. v. 199.

f) *act.* XVI. 16.

g) *fab. cap. i. p. 14. edit. VAN*

STAVAREN.

b) *argonaut. II. v. 708.*

i) *libr. I. p. 17.*

k) *perieg. v. 441.*

l) *ad hymn. in Del. v. 90.*

m) *hymn. eod. v. 91.*

n) *hymn. in Apoll. p. 101. coll. CLAV-*

*DIANO praef. ad libr. I. in Rufin. v. 3.*

o) *vide OVIDIVM libr. I. metan. v. 439. et v. 450. et LVCANVM libr. VI. v. 407.*

p) *vide HYGINVM fab. cap. CXL.*

q) *lege eundem ib. et cap. I. R. A.*

r) *loco memorato.*

s) *voc. פיתא. Glossae PHILOX-*

*NI: diuinum, δεινός ἔφης μαρτυρόν. Adde*

*MVNGERVM not. ad Hygin. p. 14. edit.*

*VAN STAVAREN.*

serpentis genus designant; aliis a *Typhon*, vnde mutato litterarum ordine *Pytho*n fiat, aliis aliunde dicti huius serpentis nomen deducuntur. t) Derivatio huius adpellationis, vndeunque ea petatur; tamen, vt in plerisque eius generis disquisitionibus, quae ad obscurarum vocum originem spectant, certa et extra omnem dubitationem posita dari vix poterit. Ac de hoc quidem monstro, siue draconem dixeris, siue serpentem, comminiscuntur veteres, oraculo euidam in monte Parnasso praefuisse, quod consulentibus ex montis illius voragine responsa ante Apollinis aduentum dederit. HYGINVS: u) *hic, Python, ante Apollinem ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat. Idem confirmat PINDARI scholiastes: x) εἶτα ἐξέρται ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐν ᾧ πρότερον οὐκ ἐχρησάθησεν, εἶτα Θέμισ. Πυθῶνος δὲ τότε κυριεύσαντος περὶ Φηκῆς τρίποδος, ἐν ᾧ πρότερον Διόνυσος ἐθεμίσευσε*, quibus verbis diserte Pythonem praefuisse quondam fatidico illi tripodi, declaratur. y) Oraculum hoc in monte Parnasso fuit, prope Delphos, urbem in mediterraneis Phocensium clarissimam, quae propter id ipsum *Pythonis* quoque nomen olim gesit. DIDYMVS, *scholiastes HOMERI*, z) poetae

z) de vocabuli huius origine videntur sunt *scholiastes APOLLONII RHODII libr. IIII, v. 1407. EYSTATIUS ad DIONYSIVM Periegetam, v. 444. ex recentioribus HEINSIVS Aristarcho, p. 18. WITSIUS meletem. Leidens, p. 72. CLERICVS nor. ad HAMMONDI nou. rest. rom. I. p. 561. GYRALDVS synt. 'deor. VII. p. 230. SPANHEMIVS nor. ad Callim. p. 393. LAMB. BOS ant. graec. cap. XI.*

u) *fab. cXL. p. 246.*  
 x) *ad PINDARI Psychia, p. 187.*  
 y) facile cum hoc Hygini aliorumque mythologorum de Pythone commento conciliari potest *scholiastes IOVENALIS*, qui ad *sat. I. v. 82.* Themidem ante Apollinem oraculo huic praefuisse, scribit. Themis enim terra fuit, cuius filius Python ille esse ferebatur. Videatur *scholiastes AESCHYLI, Prometh. v. 209. PAVSANIVS* tamen quodammodo dissentire videtur, in cuius Phocis primum Tel-

lurem, deinde Themidem, quae a Tellure distinguitur, tum Apollinem responsa dedisse, narratur. Paulo aliter fabula haec legitur apud *scholiastem PINDARI, Pyth. p. 185.* qui noctem primum nominat, post hanc Themidem, tum vero Pythonem. Cum scholiaste Euripidis facere videtur antiquus interpres *EYRIPIDIS, Orest. v. 164.* Is enim, omisso Pythone, huius matrem, Themidem siue Tellurem oraculum Delphicum tenuisse, perhibet. Sed nolumus diutius in his fabulis haerere. Legat, qui plura velit, doctissimos *HYGINI* interpretes, p. 247. edit. *VAN STAVEREN.* His addenda sunt, quae de hoc oraculo, praeter *IVSTINVM* et *PLVTARCHVM libr. de defectu oraculorum*, habet *DIODORVS Siculus, libr. XVI. cap. 26. p. 101.* edit. *cel. WESSELINGII.*

z) *ad catal. v. 26.*

οἱ Κυ-

οἱ κρηταῖσσι ἔχον, Πυθῶντε πετρήσσαν

illustraturus, καὶ αὐτὴ inquit, πόλις κωίδες. τὸ πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Παρνασία νάπη, ὡς ἀπὸ τῆ παλαιεμένης ὄρει. ἔπειτα Πυθῶν, ὕστερον δὲ Δέλφοι, Pythou vrb Phocidis est, quae prius Parnassia vallis vocata fuit, propter adiacentem montem, (nempe Parnassum, in quo Python oraculi praefes et custos fuit, ὁ τὸ μαντεῖον πρότερον Φυλάσσαν, vt ibidem loquitur,) deinde Pythou, tandem Delphi. Ipsum oraculum in montis rupe, κατὰ κορυφὴν, vt STRABO a) habet eiusque voragine, χάσμα dicunt DIODORVS Siculus b) et scholiastes ARISTOPHANIS, c) fuit, cui voragini tripus impositus, vt insidens ei sacerdos spiritum fatidicum exciperet, ex voragine, vel ore specus exeuntem. Atque hoc oraculum custodiebat Python ille, quem Apollo sagittis suis interfecisse, fertur. Narrat historiam HYGIVS, d) AELIANVS e) PLVTARCHVS f) alique veteres scriptores Apollinemque, peremto Pythonē, g) oraculo potitum esse, et in eius locum quasi successisse, addunt. Nolumus diucius in his fabulis commemorandis haerere, hoc tamen, quod caput rei est, haud praetermittendum esse videtur, Pythonis nomen non solum ad alia transiisse; sed ex eodem quoque vocabula fuisse formata, rebus tributa, modo ad ipsum oraculum, modo ad diuinationes spectantibus, quae per ἐνθουσιασμὸν fieri credebantur. Sic Delphos, urbem in Phocensium mediterraneis, prope Parnassum montem, vbi oraculum fuit, itam, Pythouem nuncupat veteres, vt ex HOMERO h) CALLIMACHO i) PINDARO k) eiusque scholiaste, l) PAVSANIA m) APOLLONIO n) aliisque pluribus o) patet. Sic ipse Apollo, diuinationis, quam Pytho olim exercuerat, praefes, Pythius, p) ipsum-

a) libr. VIII. p. 288.

b) libr. XVI. cap. 26.

c) Plur. v. 9.

d) fab. CXL. p. 248.

e) libr. III. var. hist. cap. 1.

f) de oraculorum defectu, tom. II. operum p. 417.

g) quarto post partum die ab Apolline Pythonem sagittis necatum esse, fabulantur veteres. Vide scholiastem HORATII libr. III. od. 22. et LACTANTI-

VM ad Star. Achill. libr. II. v. 9. MACROBIUM libr. I. saturn. cap. 17.

h) odyss. Θ. v. 79.

i) hymn. in Apoll. v. 35. ac Dian. v. 250.

k) olymp. od. VI. coll. od. II. v. 71.

l) olymp. od. I.

m) Phocidis, cap. VI.

n) libr. I. argonaut. v. 308.

o) vide cl. LEISNERVM not. ad LAMBEOS ant. graec. p. 58.

p) vid. HYGIVM fab. CXL.

ipsumque oraculum *Pythium* q) vocatum est. Sic vates illa, quae Delphis ori specus infidens, spiritum fatidicum prodeuntem recipiebat et vaticinabatur, *Pythia* r) dicta. Sic versus, ab oraculo editi, *Pythici*, s) omnes vero fatidici spiritus *Pythonici* t) adpel-  
lati sunt. Deductum deinde hoc vocabulum est ad omnes, qui dei cuiusdam afflatu diuinaque vaticinandi facultate prae-  
diti esse, ferebantur. Luculentum eius rei testimonium est apud  
PLVTARCHVM. u) Is, ὡς περ, inquit, τὰς ἐγγαστήριμους Εὐρυκλέας  
πάλλαι, νυνὶ Πύθωνας προσαγορεύουμενοι, sicuti vates ventrilogus Eury-  
cleas olim, nunc Pythonas vocant, cum quo effato vbi comparamus  
verba HESYCHII: x) Πυθῶ, πόλις Φωκίδος, et quae paulo post se-  
quuntur: Πύθων, ὁ ἐγγαστήριμος ἢ ἐγγαστήριμαντις, et, quae ἀμέσως  
adiungit lexicographus: Πύθων, δαίμονιον μαντικόν, vbi porro repu-  
tamus, in his CALLIMACHI y) verbis:

Πυθῶ τοὶ κατιόντι συνήντετο δαίμονιος θεῆς,

iudice magno SPANHEMIO, z) et in his verbis *scholiasticis* HOMERI: a)  
καὶ Πυθῶν μὲν ἐπεὶ κατεσάπει, (legendum κατεσάπη,) αὐτόθ' ὁ δρᾶκων,  
porro in iis, quae apud PINDARI *scholiastem* b) leguntur: Πυθῶ-  
νος δὲ τότε κυριεύσαντος προφητικῆ τρίποδος, sermonem esse, vt omnes  
rationes docent, de serpente Pythone, facile adparebit, accentuum  
rationem habendam esse in hoc vocabulo, idque pro diuersa signi-  
ficandi vi modo Πυθῶ, Πυθῶν, Πυθῶνος modo Πύθων, Πύθωνος esse  
scriptum. Draco vel serpens ille, qui oraculi ante Apollinem  
praefes et custos fuisse dicitur, scribi solet Πυθῶ, Πυθῶν, et sic  
quoque Delphorum nomen, quoad accentus situm et locum cogi-  
tamus, scribitur. Πύθων contra duplicem habet, vt ex adlatis testi-  
monis videmus, significationem. Primum designat spiritum quem-  
uis fatidicum vel talem, qui homines obsideat ipsisque futura pa-  
tefaciat. Deinde de ipsis hominibus vsurpatur, qui eiusmodi spiri-

q) apud CICERONEM *de diuinat. libr.*  
1. cap. 1. 1.

r) conf. CORN. NEPOS *libr.* 1. cap. 1. §.  
3. coll. *libr.* 11. cap. 2. §. 6. CICERO  
*libr.* 1. *de nar. deor.* cap. 19. et PAVSA-  
NIAS *Corinth.* cap. XXXII. p. 186.

s) apud AMMIANVM MARCELLI-  
VM *libr.* XXVIII. cap. 1.

t) lege TERTVLLIANVM *de anima*,  
cap. XXVIII.

u) *de oraculorum defectu*, p. 414.

x) *lex.* p. 804.

y) *hymn. in Apoll.* v. 100.

z) *notis ad Callimachi hymn. in Delum*,  
v. 90 p. 383.

a) *catal.* v. 26.

b) *Pyth.* p. 185.

spiritum in se habere, crediti sunt, cuius ope res futuras possent praedicere. Paene omnisimam vltatissimum vatum nomen, *prophetiae* nempe, quo inprimis christiani doctores vtuntur, hocque iis, qui diuina virtute futura patefaciunt, solent tribuere. Προφήτης, inquit BASILIVS *Caesarensis*, c) ἐστίν, ὁ κατὰ ἀποκάλυψιν τῆ πνεύματος προαγγεζέων τὸ μέλλον, *propheta est, qui per spiritus sancti reuelationem futurum praenuntiat*; CHRYSOSTOMVS d) autem: οὐδὲν ἄλλο τι ποτε προφητεία ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων πραγμάτων προαναφάνησις, *propheta nihil aliud est, quam rerum futurarum praedictio*. Idem significat IUSTINVS *martyr*, e) dum, fuisse olim, scribit viros iustos ac pios, τὰ μέλλοντα δεσπίζαντας, ἀ δὲ νῦν γίνεται, προφήτας δὲ αὐτὰς καλεῖσι, *future praedicientes, quae nunc fiant; prophetas autem eos vocant*. Eandem significationem vocabulum hoc, quod a πρόφημι, latinorum *profari*, deducitur, apud scriptores profanos habet. Nam et si in Timaeo Platonis fanorum antistites oraculorumque interpretes nomen istud designare videtur; f) vsurpatur tamen de ipsis quoque vatibus deque omnibus iis, qui diuino afflatu vel impulsu futura praecognoscendi facultate praediti sunt, id quod ex PLYTARCHO g) et APVLEIO h) satis superque potest confirmari. Ἐτερον λόγον, inquit ille, ἐγείρει τὸν περὶ τῆς αἰτίας μείζονα καὶ δυνάμειος, ὃ χρώμενοι ποῖσι κατόχως τοῖς ἐνθεσιασμῶσι καὶ φαντασιασικῶς τὰς προφήτας καὶ τὰς προφήτιδας, *aliam maiorem excitat quaestionem de causa et facultate, qua vsi genit vates utriusque sexus furore et imaginatione futurorum impleant*.

## VII.

QVAE adhuc disputaminus, ad nomina potissimum pertinent, iis tributa, qui per ἐνθεσιασμόν, dei nempe; aut spiritus cuiusdam

## C 2

ope

c) in cap. III. *Iesariae*, tom. I. *operum*, p. 899.

d) *hom.* XXII. tom. V. *operum*, p. 137.

e) *dial. cum Tryphone*, p. 224. Plura huius generis testimonia suppeditat I. CASP. SVICERVS *thes. eccles.* tom. II. p. 876. sq.

f) *prophetas*, inquit FESTVS, dicebant veteres auristites fanorum oraculorumque interpretes. Eandem forte significationem vocabulum hoc habere videtur in antiquis marmoribus apud GRVTERVM,

p. LXXXVI. I. CCCXIII. 2. CCCCLVIII. I. apud BOISSARDVM tom. IIII. *anriquir.* p. 115.

g) *de def. oraculor.* tom. II. *operum*, p. 431. et 438. coll. p. 414. Apud DIOBORM *Siculum libr.* XVII. *hystor.* cap. 51. Ammonis vates ὄντις προφητιών, Pythia vates autem *libr.* XIIII. cap. 13. coll. *libr.* XVI. cap. 26. προφήτις ἐν Δελφοῖς nuncupatur.

h) *de dogm. Plat.* I. p. 2. *de mundo*, p. 56. *libr.* II. *metam.* p. 127.

ope ac ministerio futura praedicere, olim voluerunt. Iam, vt de diuerſis eorum generibus dicamus, res ipſa et inſtituti ratio poſſibile videntur. Vates iſti multum inter ſe differebant, ſiue vaticinandi modum, quo uſi ſunt; ſiue ſexum, cuius fuerunt; ſiue gentem, vnde originem habuerunt; ſiue denique ſtatum et conditionem eorum reputare velimus. I. Modus vaticinandi duplex fuit. Proferebantur enim futurarum rerum praedictiones vel ore; vel clauſis labiis. De iis, qui, ſpiritu fatidico acti, futura ore declararunt, PLYTARCHVS videtur loqui libro *de defectu oraculorum*, et quamuis ibi *i)* eorum ſententiam derideat, qui deum aliquem in vatium corpora ſeſe demittere horumque ore et vocibus tanquam instrumento, ad futura enuncianda, vti, ſibi perſuadeant, vel hoc ipſo tamen ſatis manifeſtum eſſe videtur, exiſtiſſe tum vates, de quibus creditum fuit, quidquid hi proferant, proferre non ex ſe, ſed inſtinctu inſtatuque diuino, ope ſpiritus cuiusdam, qui ex ipſis loqueretur. CICERO, *k)* *ineſt*, inquit, *in animis praesagatio extrinſecus iniecta, atque inſuſa diuinitus. Ea ſe exarſit acruſ, furor adpellatur, quum a corpore animus abstractus diuino inſtinctu concitatur.* Id enim vatium genus plerumque furore quodam correptum, furibundi hominis inſtar, vaticinia protruliſſe, veteres teſtantur. Vti enim ex PLATONE *l)* cognoviſimus, erat haec priſci aevi opinio, neminem mentis compotem vaticinari poſſe; ſed deum *μαυρινην ἀφροδινην ἀνθρωπινην*, diuinationem boni-  
*num inſaniae dediſſe.* Vnde ipſa *μαυρινη*, futurarum rerum praedictio, quemadmodum idem AVCTOR, *m)* tum et ARISTIDES, *n)* ac, praeter alios, doctiſſimus VIRGILII interpres, SERVIVS *o)* docent, *ἀπὸ τῆς μαυρίας*, ab inſania originem ſuam traxit, id quod latini imitati fuiſſe quodammodo videntur, qui *fatuari*, vt idem SERVIVS *p)* monet, eos dixerunt, quibus dii inſpirarent aliquid, ſupra humanas intelligendi vires poſitum. Neque deſunt nobis, in antiquis ſcriptoribus furoris huius fatidici exempla pariter ac teſtimonia, quorum nonnulla tantum in praefenti commemorari ſufficiat.

*i)* *rom. II. operum*, p. 414.

*k)* *libr. I. de diuinar. cap. 31.*

*l)* in *Timaeo* p. 71. ed. STEPHANI.

*m)* *Ebaedr.* p. 244. Ad hunc locum reſpicere videtur CICERO *libr. I. de diuinar. cap. I.*

*n)* *orat. de rhetor. rom. III. p. 25.*

*o)* ad VIRGILII *libr. III. Aeneid. v. 443. p. 547.* edit. MASVICHII. Adde EZECH. SPANHEMIVM *not. ad CALLIMACHVM* p. 382.

*p)* loco memorato.



sufficiat. VIRGILIUS *g*) idcirco sibyllam Cumanam *vatem insanam* dicit, alio vero loco *r*) inflatum diuinum, et quos is in corpore vaticinabundi motus efficiat, fatis grauius depingit:

*ventum erat ad limen, quum virgo, poscere fata  
tempus, ait. Deus, ecce, Deus. Cui talia fanti  
ante fores subito non vultus, non color vnus,  
non comtae mansere comae; sed pectus anbelum  
et rabie fera corda tument, maiorque videri  
nec mortale sonans, adflata est numine quando  
iam proprio deo.*

Ad eundem hunc furorem respicit LVCANVS: *s*)

*rapitur matrona per urbem  
vocibus his prodens vrgentem pectora Phoebum,*

Addit ipsa vaticinantis matronae verba, iisque hanc memorabilem clausulam subiungit:

*haec ait, et lasso iacuit deserta furore.*

Inprimis huc pertinent illa SENECAE *t*) quibus eiusmodi vatis habitus et vultus egregie describitur:

*filet repente Phoebas et pallor genas  
creberque totum possidet corpus tremor.  
Stetere vittae. Mollis horrescit coma.  
Anhela corda murmure incluso fremunt:  
incerta mutant lumina et versi retro  
torquentur oculi: rursus immites rigent.  
Nunc leuat in auras altior solito caput  
graditurque celsa. Nunc reluctantes parat  
referare voces.*

Ne poetas fingendi libertate in his rebus abusos esse, credamus, addere haud incongruum erit nonnulla scriptorum, qui soluta oratione

*g*) *aeneid.* III. v. 443.

*r*) *aeneid.* VI. 45.

*s*) *Pharsal.* I. 676. Inprimis legatur, quae de hoc vatium furore idem poet-

*t*) *Agamem.* act. III. v. 710. sq.  
ta cecinit *libr. vi. pharsal.* a versu 647. usque ad 762.

XXII COMMENTATIO PRIMA DE SERVIS VETERVM ETC.

tione vsi sunt. effata, inque his IVSTINI, u) oraculum delphicum, de quo supra, describentis; in hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine planicies exigua est, atque in ea profundum terrae foramen, quod in oracula patet, ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vecordiam vertit impletasque deo responsa consulentibus dare cogit: PLVTARCHI, x) qui Pythiam tantam vim non sustinuisse, ait, adeo enim eam spiritu repletam fuisse, vt cum terribili clamore prostrata post paucos dies mortua esset; CHRYSOSTOMI: y) ἐμάντευτο ἐκείνος καὶ μαντεύομενος ἐβρίπτετο καὶ ἐσπαγγάρτετο καὶ ἐνεγκεῖν τὸ δαίμονος τὴν ὀρμὴν ἐκ ἠδύνατο ἀλλ' ἐμελλε διασπώμενος ἕως ἀπόλλυσθαι, vaticinabatur ille et vaticinans raptabatur et discerpebatur, nec poterat ferre impetum daemoneis, sed sic descriptus erat periturus, quibus deinde descriptionem vatis Pythiae addit, spiritumque ait, πληρὴν τὴν γυναῖκα τῆς μαρίας καὶ τούτην τὰς τρίχας λύσσαν λοιπὸν ἐκβακχέουσαν τε καὶ ἀφρόν ἐν τῷ σώματι ἀφίστα, impleuisse mulierem furore, hanc deinde soluisse capillos, coepisse bacchari, furore agitari, spumamque ex ore emittere. Taceo EVSEBII, HIERONYMI aliorumque veterum scriptorum ea de re testimonia, et nonnulla tantum ex PSELLO z) adiungo. κὰν μὲν inquit is, τῶν ὑποχθονίων ὁ ἐσκηψας ἢ κεδάινει καὶ παραφθείρει τὸν κατεχόμενον, καὶ φθέγγεται δι' αὐτῶν, καθάπερ ἰδίῳ χρωόμενος δεγδῶν, si daemon irruens ex subterraneorum genere sit, hominem possessum concutit, et distorquet, atque per eum non secus ac proprio quodam instrumento loquitur. Postquam deinde obseruauit, hos corporis motus, agitationes ac tremorem non posse ex causis naturalibus deriuari, ἕτερον, addit, a) ἔστι, τὸ κινεῖν καὶ ἀγῶν λέγοντες, ἀπερ ὁ ληφθεὶς αὐκ οἶδε, καὶ τι τῶν μελλόντων ἐστὶ, ὅτε προαγορέων, aliud quiddam est, quod eos mouet et agit, eaque loquitur, quae obsessus ignorat, et quae futura sint, ab ipso enuntiata.

u) libr. xxiiii. cap. 60. Addantur, quae de hoc vaticinantium furore habet CICERO libr. i. de diuinatione, cap. 2. et cap. 18. Inprimis lecta digna sunt, quae eiusdem libri capite 31. et a scholiaste ARISTOPHANIS, Plur. v. 39. memoriae prodita sunt.

x) de oraculorum defectu, tom. ii. oper. p. 438.

y) homil. xxviii. in i. epist. ad Corinthios, tom. v. operum, p. 311.

z) dialog. de daemonum operatione, p. 82.

a) p. 88.



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
KURTZMANNO

S. P. D.  
PRAESES

Non vnum est laudis genus, quo tu, optime KURTZMANN, in hac academia enituisse. Praeterea enim, quod naturali ingenii vi iisque mentis virtutibus instructus es, quibus omnia adsequi facile sciteque exprimere poteras, accessit etiam apud te magna in litterarum studiis diligentia et proficiendi ardor, quo vinci te ab vilo et superari, nunquam patiebare. Quum vero simul probe intelligeres, eruditionem sine virtute nihil valere, hanc studiose es sectatus hocque effecisti, vt in diligentium aequae ac bene moratorum civium numero habereris. Age semper res tuas feliciter et fructu in dulcissima patria diligentiae tuae praemii, quae amplissima fore, tanto magis confido, quo digniorem te iisdem per totam tuam vitam academicam fecisti. Ceterum pugnae litteratae, quam crastina luce es initurus, exitum tibi auguror felicissimum et cum magna tua laude coniunctum. Ienae, d. VI. martii CIOCCCLXI.

Dein Beispiel, Freund, ward längst zur Lehre,  
Dein Fleiß verdient ein hold Geschick  
Eil ihm entgegen Deinem Glück,  
Schon warten Deiner Ruhm und Ehre.

Nehmen Sie, hochgeschätzter Freund, diese Zeilen als eine  
Versicherung an, daß ich unausgesetzt bin

Ihr ergebenster Freund und Diener

Johann Ludwig Pöber  
aus Jena, Gegner.

VIRO PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

AMICO OMNIUM DESIDERATISSIMO

RESPONDENTI DIGNISSIMO

S. D. P.

IOANNES CHRISTIANVS MOLTER,

Helmshusa - Ifenacensis

OPPONENS.

Sex et quod excurrit anni iam sunt praeterlapsi, quo amicitia tua dulcissima suavissimaque delector. Quo suavius atque acceptius mihi amicitiae

D

tiae

tiae nostrae fuit vinculum : eo laetius arripio occasionem publicum TIBI AMICE, praestandi amoris erga TE officium. Ascendis hodie arenam litterariam, ac mihi, quae est amicitia TVA, offers opponentis spartam. Gratulor mihi talem habere amicitiae consortem, qui diligentiae suae ac singularis eruditionis, cuius et ego per tres annos in hac bonarum artium mercatura laetus fui testis, hodie tradit specimen publicum. Gratias TIBI VIR PRAENOBILISSIME, AMICE SVAVISSIME, ago habeoque, quas possum, maximas pro intima singularique TVA erga me amicitia, qua me huc vsque ac hodie praesertim es dignatus. Cursu studiorum TVORVM academicorum maximo cum honore nunc absoluto et patriae nostrae, nobis pergratae, et parentibus TVIS talem TE exhibebis, qualem TE expectant. Omnia fausta feliciaque votis haud fucatis TIBI ABITVRO apprecor; quo ecclesiae nostrae magno sis ornamento. Fac ut valeas meque et in posterum amore TVO suavissimo amplecti pergas. Ienae die Nonar. Martii C M D C C L X I.

## MONSIEVR,

MON TRES - CHER AMI,

C'est avec un très-sensible plaisir, que j'embrasse l'occasion de vous donner publiquement des temoignages de l'estime infinie et de l'amitié, que j'ai pour Vous. Je vous rends en même tems de tres-humbles graces, de ce que Vous avez bien voulu m'admettre à la sollemnité, avec la quelle Vous mettez fin à Vos études academiques, et loin d'envier la gloire, que Vous allez acquerir, je Vous felicite de cette preuve eclatante de Votre erudition et de Votre diligence. Ce qui m'afflige pourtant, c'est que Vous prenez en meme tems congé de nous, et que nous ne pouvons empecher Votre depart. Allez donc, cher Ami, recueillir dans Votre patrie les fruits de Vos travaux et attendre la récompense due à Votre merite, Allez, et quand Vous jouirez d'un parfait bonheur, n'oubliez jamais celui, qui fera toujours gloire de se dire,

## MONSIEVR,

à Jena ce 4. Mart.  
1761.

Votre très humble serviteur et ami,  
G. E. SCHMIDT, d' Eisenach  
Etud. en Theolog. Argumentant.

\* \* \*

MEMORIAM VIRIS

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO GENE-  
ROSISSIMO DOMINO

IMMANVELI LEBERECHTO A RATHEN

SVPREMI SENATVS SACRI ISENACENSIS PRAESIDI  
SPLENDIDISSIMO

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

IOANNI GEORGIO ECCARDO

AVLAE, REGIMINI ET SVPREMAE SANCTIORI CVRIAE  
A CONSILII

SVMME REVERENDO ATQVE AMPLISSIMO DOMINO

EBERHARTO SCHMIDIO

PASTORI PRIMARIO, AC SVPREMAE A SANCTIORIS CVRIAE  
ADSESSORI

CONSVLTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO DOMINO

IOANNI GOTTLIEBIO HOFFMANNO

SVPREMI SENATVS SACRI ADSESSORI

MAXIME REVERENDO ATQVE AMPLISSIMO  
DOMINO

IOANNI ERNESTO AVGVSTO KLESSENIO

CONSESSVS SACRI ORDINIS ADSESSORI CONCIONATORI  
AVLICO, AC REVERENDI MINISTERII ISENACENSIS  
ARCHIDIACONO

CONSVLTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO DOMINO

FRIDERICO MELCHIORI ROSTIO

IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI AC SENATVS ECCLE-  
SIASTICI ADSESSORI

DOMINIS PATRONIS AC FAVORIBVS  
SVIS

HANC DISSERTATIONEM  
EA QVA DECET ANIMI SVBMISSIONE  
PIETATE AC REVERENTIA  
CONSECRAT  
SE SVASQVE RES STUDIOSSIME  
COMMENDAT  
VOTAQVE SIMVL PRO  
TANTORVM VIRORVM  
PERPETVA SALVTE  
ATQVE INCOLVMITATE  
NVNCVPAT

IOANNES BENIAMIN KVRZMANN

ISENACENSIS



Ukert. Bibl. 8/IX.51.

Tb 4898

f

ULB Halle 3  
003 507 459



56.

ND18


N.C.

Phoy









Farbkarte #13

B.I.G.



ATIO PRIMA  
DE

# VETERVM IDICIS

R. XVI. 16

ESIDE

## MAN. WALCHIO

OS PROFESSORE PVBLICO ORDIN  
IAE IENENSIS DIRECTORE  
VVM ET FLORENTINAE  
ARIAE SODALI

R. T. C I C I D C C L X I

TORVM DISQVSSIONI  
VBMISSA

A

## MIN KVRZMANNO

NACENSI

N A E

## SCHILLIANIS

14

14